

173.

O. D. B. V.

Ve  
1931

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURAL

DE

J U R E  
CONVENIENDI SUBDITOS  
IN PROPRIO JUDICIO

*Vulgo*

Ob ein Gerichtsherr seine Untertanen vor sei-  
nen eigenen Gerichten könne belangen

*Occasione* §. Ob wir auch wohl *Tit. II. Ordin. Proc. Sax.*

Q V A M

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO

DN. FRIDERICO AUGUSTO

ET RELIQUA

P R Æ S I D E

DN. D. GOTTFR. LVD. MENCKENIO

P. P. COLLEGIORUMQUE JURIDICORUM, QUÆ

WITTEBERGÆ FLORENT, ASSESSORIS

GRAVISSIMI,

P R O L I C E N T I A

SVM MOS IN UTROQUE JURE HONORES ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME

CONSEQUENDI

DIE AUGUSTI A. O. R. MDCCXVII.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

HOR: ANTE ET POMER: SUBMITTIT

CHRISTOPHORUS THOELDEN.

SANGERHUS, THUR.





VIRIS  
PER QUAM GENEROSIS, EXCEL-  
LENTISSIMIS, AMPLISSIMIS ATQUE  
CONSULTISSIMIS

DOMINO  
ENGELBERTO A BURCK,  
HÆREDITARIO IN STETTERITZ, POTENTISSIMI  
POLON. REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ IN SUMMO PRO-  
VOCATIONUM SENATU CONSILIARIO, SERENISSIMI DUCIS  
SAXO-ISENAC. CONSILIARIO INTIMO, FACULTATIS JU-  
RID. ET CONSISTORII LIPSIENSIS ASSESSORI  
GRAVISSIMO,

DOMINO  
JOH. ELIÆ SCHLEGELIO,  
JCTO FAMIGERATISSIMO, POTENTISS. POLON.  
REGIS ET ELECTORIS SAXON. IN SUMMO PROVOC. SE-  
NATU CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO  
ET

DOMINO  
JOH. AUGUSTO HOELTZELIO,  
DN. DE STERNSTEIN, SACRI PALAT. CÆS. COMITI,  
JCTO CONSUMMATISSIMO, SUPREMÆ CURIÆ PROVINC.  
ET CONSISTORII LIPSIENSIS ADVOCA-  
TO ORDINARIO,

*Dominis Patronis & Benefactoribus suis summa  
observantia et atem devenerandis.*



V I R I

*Perquam Generosi, Excellentissimi, Amplissimi  
atque Consultissimi*

**E**XCELLENTISSIMA VESTRA NO-  
MINA specimini huic præfigere, nefas  
ipse putarem, nisi observantiam meam  
qualicumque modo declarare oporteret. Tot  
ac tantis a VOBIS ornatus beneficiis me in  
ære Vestro sentio hæerere, qua ratione vero  
exfolvi queam, non apparet. Neque valde  
ea de re sum sollicitus. Vestra enim bene-

A 2

VO-



volentia ex generoso fluxit animo, quam remuneratione compensare velle nimis fuerit temerarium. Ut tamen meo officio aliqua ratione faciam satis, publico testimonio me Vobis obstrictissimum declaro. Præterea alia Gravissima est causa, cur Vobis imprimis, **VIRI EXCELLENTISSIMI**, hanc dissertationem consecrare volui. Argumentum in ea pertractatum svasit id mihi & mox pervasit, desumptum quippe ex ea jurisprudentiæ parte, quam forenses nominamus & practicam. Amplissimum mihi patere campum video, Vestram in exercitio aureæ præxeos per plurimos annos egregie continuatam operam, Vestram in jure dicundo dexteritatem, Vestram in causis arbitrio definiendis prudentiam, uberius demonstrandi. Ast cur prolixius proferam, quæ univèrsa novit Saxonia, cur multis deprædicem, quæ mea laude longe majora ab Ipso **POTENTISSIMO POLON. REGE** agnita atque mune-



muneribus dignis condecorata fuerunt? Talia ergo non enarrabo, sed VOS solum Arbitros in materia, quam selegi, appello, JUDICIO VESTRO subscribere non erubescam, cum tantos VIROS haud sequi pervicatiae me argueret. Valet & pro VESTRO erga me effectu, hoc levius devotissimae mentis documentum, sereno vultu suscipite, meisque studiis atque commodis porro favete

VESTRORUM EXCELL. NOMINUM

Cultor observantissimus

CHRISTOPHORUS THOELLDEN.

A 3

CLA-





CLARISSIMO DOMINO  
CANDIDATO

S. P. D.

P R Æ S E S.

**E**Rgo nunc tandem capis, quos dudum mere-  
baris, Summos Juris utriusque honores,  
& laboris non levis maxima præmia feliciter  
accipis. Ita vero intelligis non frustra Te in  
Themidis castris militasse neque inanem fuisse  
operam, quam in veteris prudentiæ immensis  
Voluminibus evolvendis hucusque collocasti. E-  
go, qui hæc Tibi novæ dignitatis incrementa ex  
animo gratulor, hoc unum voveo & exopto, ut,  
quamcunque rem deinceps aggrediaris, ea non  
minus Tibi bene & ex voto cedat. Vale. Fe-  
stinabam D. XIV. AUGUST. A. O. R.

MDCCXVII.

DE





DE  
JURE CONVENIENDI SUBDITOS  
IN PROPRIO JUDICIO.

§. I.



Antea licet pro Magistratus Autoritate & juris jurandi religione, qua judex devinctus est, præsumtio militet, ut non facile in sacro suo officio ejusque exercitio suspectus haberi debeat, si etiam utilitas quædam ad eum inde perveniat: Illa tamen minime eo extendenda videtur, ut quis etiam in propria causa officium judicis obineat. Cum enim naturalis pugna sit inter rationem judicis & partis, quæ repugnantia & contradictio tum in cognitione, utpote quæ tertium duas litigantes partes intervenientem requirit, tum in executione causa, quæ Superiorem requirit, deprehenditur. Tanta præterea adest suspicio ex philantia & sui ipsius studio enata, ut illa semper obstet, quominus talis judex sincerum in causa judicium sequi possit, sed potius præ reliquis omnibus se sibi proximum ducat, ut  
nihil

Nemo potest  
esse judex in  
propria causa.



nihil afferamus de avaritia, ambitione, aliisque, quæ judicem ad male judicandum possunt impellere, cum jam sub philantropia accurate loquendo contineantur. Igitur habitus moralis legis un. C. Tit. ne quis in sua causa judicet vel jus sibi dicat, minime ex rationibus civilibus est eruendus, cum eundem plane naturalem asserere nemo dubitet. Neque valebit conventio consensusve partium, ut in propria causa liceat exercere judicium, quoniam lex allegata prohibitiva non ad commodum privatorum tantum est conscripta, sed multo magis ad bonum ordinem in Republica servandum & ut Judiciis sua constet integritas, contra quæ præcepta negativa, ejusmodi pacta, quæ occasionem delinquendi & bonum ordinem invertendi præbent, non valent, Ziegl. Dicast. Concl. 12. §. 12. Hinc ipsi Principes legibus omnibus humanis soluti, quando illis cum suis subditis de Civili causa: **Wegen derer Cammer-Güter und anderer Nutzungen** controversiæ subnascuntur, ab illarum decisione abstinere, & illas ultro & libenter non ex aliqua obligatione Dicasterio alicui committunt, quo pertinet, quod Elector Sax. Augustus in ordin. Cur. Lips. sub Tit. **Wer vor das Ober-Hoff-Vericht mag geladen werden** verbis seqv. ordinavit: **Wir wollen auch Selbst, wegen unserer Cammer-Güter und andern Nutzungen vor diesem Ober-Hoff-Vericht das Recht warten und verfolgen.** vid. Nicol. Proc. cap. 1. n. 17. Conf. Disp. Coccej. de judice in propria causa & Wœlckeri Disp. Inaug. de eodem argum. qui posterior §. 3. exponit, quam injuste hoc juris



juris Naturalis assertum a defuncto. Rege Gall. Lud. XIV. perfractum fuerit in disceptatione cum Imperio Rom. Germ. de explicatione Instrum. Pacis Westph. cum se ipsum, in propria causa, judicem faceret. vid. Kulpif. ad Monz. cap. 2. §. 1.

## §. II.

Quamvis igitur ex antea deductis pateat: Judicium de causis propriis juri Naturali & Civili sicque suæ essentia contrariari, ita, ut nec consuetudine tale judicium introduci posse, concludat Coccej. alleg. diff. §. 20. In Saxoniam tamen Magistratibus Idictionem Patrimonialem exercentibus, permissum est, Subditos, in propriis judiciis convenire, quod jus ipsis expressa lege n. in ordin. Proc. Sax. Tit. 2. confirmatum fuit. §. Ob wir auch wohl geschehen lassen können &c. Ne quis vero credat, hic jus plane novum exorbitans, solisque Saxonibus proprium confirmari, ad genuinos Antiquitatum Germanicarum fontes nobis erit eundem ex iisque paulo accuratius explicandum: Quod hoc jus & aliis Germaniæ populis fuerit commune, originemque suam ab antiquo rusticorum statu trahat, & sic in ord. Pr. Sax. jus antiquum nova præscripta forma tantum confirmari. Illorum conjecturam veritati proxime accedere sum persuasus: Rusticos nostros principio fuisse servos, Dominisque in Germania, jam Taciti tempore, liberrimam servos coercendi potestatem, imo jus vitæ & necis, æque ac Romanis competiisse. Hæc dominorum potestas tandiu du-

In Saxoniam tamen Magistratus suos Subditos in propriis judiciis possunt convenire

B

ravit,



ravit, donec impunis illa in servos animadversio indigna fuit visa Episcopis, qui illam proinde excommunicatione vindicarunt, cum id fulmen non sufficeret, res eo rediit, ut capitale supplicium in Dominos, servum occidentes, statueretur. Prov. jus Sax. L. 2. Art. 33. jus prov. Sjev. cap. 67. Quum vero Domini, juris sui essent tenaciores, illud ceperunt consilium, quod in exercitio hujus juris, ad principis auctoritatem confugerent, qui ne uno ictu Dominis suam potestatem eriperent, connivebant quidem, ut adhuc in Rusticos animadverterent, sed ut non amplius per iram aut impetum, sed causa paullo accuratius cognita & ex consilio prudentum de iisdem statuerent. Hoc jus Dominicum illis postea sub nomine Idictionis Patrimonialis una cum Feudo concedebatur, literisque investituræ inferebatur, hoc nomen enim Doctores illorum temporum, qui saltem juris Rom. minime vero Romam Germanicarum erant gnari, ad exprimendam hanc potestatem inveniebant, revera n. liberrima ista Nobilium & hominorum in rusticos potestas, litesque eorum sine figura strepituque judicii dirimendi, illis, non tanquam judicibus sed tanquam Patribus familias competeat, adeoque erat œconomica vel herilis potius quam judicialis. Singulare hujus Idictionis Patrimonialis ex antiquo jure Dominico enata etiam adhuc est, quod illam possidentes, suos subditos coram suis judiciis convenire possint, vid. Dn. Heineccii elegantem disp. de origine Idict. Patrim. Excell. Dn. Bohm, diff. de jure & statu hominum priorum a servis Germaniæ

non



non Romanis derivando sect. 3. §. 5. Ill. Thomaf. diff. de Hom. propr. & lib. Germ. §. 86. Exc. Dn. Ludevigg. in Tractatu noviss. edito de jure clientelari German. sect. 3. cap. 4. lit. d. ubi & indagat, unde rusticorum Domina in agris provenerint. Igitur nec solis Saxon. hoc jus proprium est, sed Generalis Germaniæ consuetudo, nec iniqua; ut pronunciat Schilt. Ex. VI. §. 16. Idemque in Marchia Brandenb. esse receptum præjud. confirmat Martini ad Proc. h. n. 5. in Ducatu Magdeb. novissime hoc Nobilibus & Civitatibus Idictione pollentibus, concessum est, per ordinat. judic. Elect. de anno 1646. cap. I. §. 7.

## §. III.

Neque tamen ex hujus juris perspecta origine ea nectenda est conclusio: quasi solis Nobilibus competat. Ab omnibus aliis prædiorum possessoribus exercetur sive Nobiles sive non nobiles sint, modo illæ excipiantur provinciæ, in quibus non nobiles a possessione ejusmodi feudorum plane sunt exclusi, quod in Lusatia Superiori obtinere testatur Magnif. Horn. Jpr. Feud. cap. 3. th. 19. & in plurimis Silesiæ Ducatibus & mihi ex propria constat experientia. Textus ord. Pr. generaliter est conceptus: daß die/so von Uns mit Gerichten beliehen. Acquisito & concessio fundo cum omni sua Idictione, transit in quemcunque possessorem, modo terræ soleant haberi & accipi cum Idictione, cujus generis Feuda sunt, unde & hæc Idictionis species a Bodino prædiatoria vocatur, vid. Mev.

Competit iis so  
mit denen Ger  
richten belie  
hen non ergo  
solis nobilibus  
sed omnibus  
possessoribus  
prædiorum.



P. II. Dec. 14. Quodsi Nobilis aliusve feudali jure illam quidem teneat, sed de ea nondum proprie sit investitus, eam tamen vel ipsemet vel per Directores interim exercere potest, quo tamen casu a Summo quod Dreſdæ est Regimine, non ad Idictionis Dominum sed an die Gerichte solet rescribi. Gener. Dn. ab Opper diff. de Idict. Patrim. §. 13.

## §. IV.

An & iis competat qui tantum investiri sunt mit denen Unter. Gerichten & quid si tantum investiri mit denen Ober. Gerichten.

Cum Idictio præcipue Patrimonialis in Superiorem & inferiorem s. altam quæ in Palatinatu, Franconia &c. Centena dicitur, & bassam, quæ alias Voitheia appellatur (quamvis hanc divisionem neque Romanorum mero & mixto imperio neque Saxonum & aliorum bipartitæ Divisioni in altam & bassam, correspondere ostendat Schilt. Ex. 6. th. 8.) dividatur & in Saxonia quæstio ista: num concessa Jurisdictione simpliciter quoque Superior veniat? negative decidenda sit, quoniam in ea olim inferior tantum Jurisdictione concedi solebat, Weckius Beschreibung und Vorstellung der Stadt Dresden part. IV. Tit. VI. pag. 434. cui deinde sensim paulatimque specialibus sine dubio concessionibus Superior juncta fuit, quæ ideo, nisi expresse hodie quoque ejus mentio fiat aut formula consueta mit allen und jeden Gerichten adhibita fuerit, non est præsumenda. D. Horn. Ipr. Feud. c. 7. th. 12. Berg. oec. L. 4. tit. 3. n. 19. Diff. Beier pos. ad ff. l. 2. tit. 1. pos. 49. lit. I. & Tit. obs. ad Laut. h. Hinc non immerito quæritur: An jus subditos in proprio iudicio



dicio conveniendi indistincte possessoribus prædiorum competat s. inferiorem tantum, s. superiorem exerceant? Secundum regulas Hermeneuticas, decisio ita facienda erit, ut Dominus Jurisdictionalis in actibus ad illam Jurisdictionis speciem, quam exercet, pertinentibus, etiam suos subditos in suo judicio pulsare queat, quod enim etiam in causis criminalibus hoc judicium a Domino exerceri possit, ost. Berl. Dec. 65. & D. Menck. disp. IV. ad Proc. §. 9. Videtur quidem ordin. Pr. promiscue hoc jus attribuere, interim firmissima manet regula: In quibus causis, inter ipsos subditos non possum cognoscere, de iis nec subditum meum coram proprio judicio convenire possum.

## §. V.

Jurisdictionis possidetur hodie jure quodam patrimonii, quod est in commercio, potest vendi & alienari, transit ad heredes, recipit divisionem una cum fundis & pagis, acquiri potest & amitti iisdem modis, quibus alia res, quæ sunt in patrimonio, nominatim præscriptione temporis. Hub. præl. ad ff. L. 2. tit. 1. §. 5. An ergo & illis jus, subditos conveniendi, potest attribui qui præscriptione Jurisdictionem acquisiverunt cum in ordin. Pr. investituræ saltem fiat mentio; sed unius positio non est alterius exclusio & Jurisdictionis per præscriptionem acquisita eodem modo ac Feudi Titulo accepta intelligitur. Cpz. J. 1. Resp. XI. n. 15. ibique citati. Jus hoc principaliter possessoribus prædiorum Jurisdictione prædiorum tribuitur s. in feudatione s. præ-

An & iis qui non per investituram sed per præscriptionem obtinuerunt Jurisdictionem, competat?



scriptione sit acquisita, igitur extradu. itationem est, quod & hi singulare hoc jus exercere possint. Major dubitandi ratio mihi subesse videtur ratione privati, i. e. qui non dominus alicujus districtus Idictionem s. in- feudatione. s. usucapione acquisitum, sine territorio exercet. Nam in Saxonia passim privatis, qua talibus, Jurisdictionem competere, exempla sunt obvia. Sic Familia Henningorum in oppidulo Jessena certam inferioris Jurisdictionis partem jure beneficiario exercet, tradente Magn. D. Horn. Ipr. Feud. cap. 5. th. 28. Parochi etiam nonnulli in Saxonia, ut Strelensis prope Albig, offitiensis Superintendens & alii in certos pagos jurisdictione gaudent. Num & hi suæ jurisdictioni subjectos coram suo judicio recte conveniant. Ut Affirmativæ subscribamus, movet nos Responsum Fac. Lips. Jur. a Dn. Præside nobiscum humanissime communicatum.

Ist Lorenz Schlegeln / des Erbzinses halber / von euch / schriftliche Auflage gethan worden / und er hat zurück sagen lassen: Wann der Pfarrer zu Königfeld sein Gerichts- Herr würde / wolte er eine Auflage von ihm annehmen / er habe an dem Amte Rochlitz Gerichts- Herrns genug / dasselbe könte ihn schützen und befehlen / aber der Pfarrer nicht. Er Lorenz hätte jeso einen Process in Leipzig / der Pfarre solte ihm doch helfen / wann er Lust dazu hätte und nach Leipzig kommen / da wolte er ihm schon antworten; ingleichen: der Pfarrer hätte ihn einen Streitkopff geheissen / er möchte aber selber einer seyn; Nun verlanget ihr zu wissen / wie / solcher injurien wegen /



gen / wieder ihn zu verfahren sey? D. n. w. angeregter Schlegel euch vor seinen Gerichts: Herrn nicht erkennen will / auch in dem Amte Rochlitz / zu Erlegung eines jährlichen Schutz: Geldes sich erboten und dasselbe würcklich abgestattet / dannenhero / daß die gebrauchten Worte eines theils keine injurien in sich hätten / andern theils daß er bey dem Amte deshalb belanget werden müßte / es sich ansehen läßet. D. a. u. d. einer Obrigkeit die Unterthanen / vor ihren eigenen Gerichten / rechtlich zu belanget nachgelassen / wann die Gerichts: Bancß gebührend besetzt und alle Partheyligkeit vermieden wird / Schlegel aber / durch das freywillige Erbieten / zur Erlegung des Schutz: Geldes im Amte Rochlitz / sich von der einmahl euch / dem Pfarrer / geleisteten Unterthanen: Pflicht nicht entledigen können; und / wie angeführet wird, alle übrige Königsfeldische Pfarr: Lehns: Unterthanen / sie mögen unter dem Churf. Amte oder denen von Adel seyn / den jährigen Erb: Zins willig entrichten / auch ihr desfalls in possessione über 30. 40. 50. und mehr Jahre euch befindet. So seyd ihr Lorenz Schlegeln zur Vernehmung über diese Begünstigung vorzuladen / auch sein Einwenden darauf ad Acta zunehmen / und darüber erkennen zu lassen / wohl berechtiget. A. B. K. W.

## §. VI.

Omnis jurisdictionis divisio, pertinet ad illum, qui τὸ Κόμιον habet in Republ. & nemo ne patrimonialem quidem Jurisdictionem habere potest s. inferiorem. s. superiorem nisi ex beneficio Principis, vid. Gribn, disp. de

An iis competit qui non Titulo Feudi sed Allodiali Jurisdictionem possident?



de jur. Princip. regal. quæ vulgo sed perperam ad Jurisdictionem referuntur. Ex eo tñ. non est inferendum, omnem Jurisdictionem titulo Feudali debere obtineri, quum nec Jurisdictio quæ alio, quam titulo Feudali Feudo est acquisita, fiat feudalis. 2. Feud. 8. §. 1. quamvis enim ad pertinentias Feudi referatur, non tamen ideo pertinentiis Feudalibus est annumeranda, quæ sine investitura non constituuntur, nisi res excipias, quæ per se nequeunt subsistere. Videtur inde, quod ord. Proc. jus nostrum ad illos possessores adstringat, qui investitura Jurisdictionem acquisiverunt: **Die / so mit Gerichten von Uns beliehen.** Sed verba hæc non sunt captanda, cum Summus legislator, omnes illos comprehensos velit, qui ex beneficio illius, Jurisdictionem exercent s. sit Titulo Feudali s. Allodiali. Jurisdictio enim Patrimonialis, sine dubio etiam Allodio cohærere potest, subdividitur enim in Allodiam & Feudalem. Berg. Oec. p. 922. Thomas, ad Hub. præl. ad ff. Tit. de Jurisd. §. 9. Inde & latinus Interpretes verba allegata ita reddidit: Quod Jurisdictione a nobis donati, & nulla dubitandi ratio superest, postquam ordin. Proc. per Decif. nov. 38. ita explicatur: **Nachdem wir / in Unserer Proceß - Ordnung / allen und jeden / so von Uns mit Gerichten beliehen oder dieselben in Uebung haben.**

## §. VII.

An & iis competat qui ante O.P. S. hoc jus nunquam usurparunt, ob verba: **Wie bis her?**

Non levis suboritur dubitatio, de illis, qui ante ord. P. S. jus conveniendi subditos nunquam usurparunt, an scilicet, post ordinationem publicatam, illud possit



possint exercere cum illis obstare videntur verba: *wie bisshero*. Particula *bisshero* non respective sed demonstrative est apposita, & refert se ad Consuetudinem in tota Germania hactenus receptam. Jus hoc Jurisdictioni Patrimoniali cohæret & in libera voluntate utentium est constitutum, qualia jura per non-usum non amittuntur Rauchbar. p. 2. qu. 12. nisi Rustici in possessione libertatis sint & requisiti a Domino, illi requisitioni contradixerunt & Dominus acquievit, nemo enim dubitabit, quin Dominus huic juri plane posset renunciare. Alias non sequitur: Per centum annos nemo rusticorum a Domino in suo judicio fuit in jus vocatus, E. jus hoc illi est ademptum, potuit Dominus hoc non habuisse opus, quo casu nulla incipit præscriptio aut juris antea fundati amissio. Scheffer p. 3. qu. 46. n. 28. Ziegl. ad Calv. Aur. Pr. §. Nobiles, n. 47. sqq.

## §. VIII.

Jurisdictione Magistratus urbici, neque patrimonialis est, quoniam cives urbici non sunt in patrimonio; neque personalis, quoniam cum persona non expirat, ut ideo Jurisdictionis Germanicæ divisio, in personalem & patrimoniale seu realem, merito ut minus adæquata ab Ill. Thom. notata sit, in Annot. ad ff. Tit. de Jurisdic. pag. 46. usu tn. & consuetudine obtinuit, ut Magistratus Municipalis, incolas in suo Prætorio possit convenire. Cpz. L. 2. Resp. 14. Menck. Disp. IV. ad Proc. th. 9. Berg. Suppl. II. ubi præj. modo civitas Jurisdictione gaudeat; concesso enim jure Civitatis non

An competit  
Senatui in Civitatibus.

C

sta-



statim jurisdictio nequidem inferior quod multi affirmant transire intelligitur, multæ Civitates serius Jurisdictionem acquisiverunt, quæ jus Civitatis per aliquot secula jam habuerunt de Lipsia vid. Peiferum in Orig. Lips. lib. II. de Dresda Weckius testatur, illam serius Jurisdictionem acquisivisse, a Mauritio demum bassam jure proprio accepit, alta vero, quæ hæctenus Senatui locata fuerit sub. Divo Elect. Joh. Georg. II. Titulo oneroso accessit. Ant. Weck. p. II. tit. 4. imo multæ adhuc in Saxonia sunt Civitates, quæ omni destituuntur Jurisdictione.

## §. IX.

An competat  
Præfectis in  
denen Aem-  
tern.

Præfecti forte in denen Aemtern / quod non suo ac jure proprio habeant Jurisdictionem, sed saltem administratoriam hoc jus minime sibi vindicare poterunt, neque quod de iis, qui patrimonialem exercent Jurisdictionem, hic dispositum est, temere ad Præfectos erit prorogandum: Enimvero præfecti hodierni, quibus Princeps Jurisdictionem dedit, eam non tanquam mandatam sed quasi propriam habere intelliguntur, arg. l. 6. ff. de Idict. jung. Vinn. de jurisd. cap. 9. n. 3. inde potestatem subdelegandi habent, ut patet ex præjud. apud Magnif. Wernh. p. I. obs. 23. moribusque hodiernis Idictio non minus voluntaria quam contentiosa, jure Magistrarus exercetur, atque ita est affecta, ut queat mandari, ex quo patet eos ad minimum actus voluntariæ Idictionis, quæ vel nullam vel exiguam causæ cognitionem exigunt, coram proprio judicio peragere



gere posse, si Idictio Actuario, adhibitis praterea personis judicialibus, moderetur. Berg. ad Pr. Suppl. II. p. 134. pertinet huc sententia in Summo Prov. jud. lata Consil. ætivo. 1712. Ob ein Beambter / in seiner eignen Sache / vor dem Actuario und denen Land / Gerichten / etwas beständiger Weise handeln könne. affirm. argum. Dec. noviss. 38. dann / wann gleich daselbst von der Jurisdiction. patrim. die Rede zu sagen scheint / so ist es doch denen Beamten nirgends verboten und concurreret eadem ratio, Apitz contra Conradi, affirm. etiam decidit Senatus quæst. Ob ein Beamter seinem Weibe einen Curatorem in genere ad litem oder auch ad certam causam so vor ihm ventiliret wird / bestellen könne In consil. æt. 1713. Resignationem bonorum Judiciale sub præfectura sitorum, in propria etiam Præfecti causa coram personis judicialibus & Actuario validam pronunciavit Fac. Lips. & Witt. & Scab. Lips. 1707. vid. Berg. l. c.

## §. X.

Cum Jurisdictionis hodiernæ ea sit natura, ut speciatim indulgeatur, tituloque oneroso quærat Stryck us. ff. Mod. de Jurisdiction. §. 18. Huber, præl. ad ff. Tit. de Jurisdiction. §. 5. ut cum prædiis & speciatim locari possit Stryck. 16. §. 67. non incongrue quæstio movetur: an & Conductores si in specie Jurisdictionis illis locata sit, rusticos coram judicio conducto convenire possint. Affirmativam defendere non dubitamus, licet enim hoc jus, ut exorbitans & invidiosum restringendum magis quam extendendum sit, rustici etiam alte-

An bene  
Pachtern der  
rer Güther in  
Jurisdiction in  
specie iis locata  
sit.



rius Jurisdictioni sine voluntate Superioris non sub-  
jiciendi sint. Hæc libertas tamen Domino non de-  
neganda est, dum Jurisdictionem in alterum potest  
transferre, cui hoc Jus semper est annexum, conditio  
etiam rusticorum non fit deterior instantiæ illis non  
multiplicantur & translato Principali, non video cur  
& accessorium transire nequeat, potest vel Dominus  
hoc Jus eximere & sibi reservare, translata autem in  
Conductorem Jurisdictione indefinite sed generali-  
ter locator in ea nihil habet reliquum. *Mev. P. 4. D.*  
*246.* & Conductor totius prædii cum omnibus perci-  
pentiis succedit in omnia locatoris Jura & omnia il-  
la agit, quæ locator suus facere potuit. *Horn. Class. II.*  
*Relp. 69. n. 11.*

## §. XI.

Convenire  
possunt Suos  
Subditos.

An igitur  
Conductores.

Sic Domini Jurisdictionem Patrimonialem possiden-  
tes, convenire possunt *suos Subditos* i. e. qui prædia sub  
illis possident & homagio illis obstricti sunt, cujus-  
cunque sint conditionis. Nam & Nobilis alterius  
Nobilis l. etiam Civitatis Jurisdictioni s. ratione ori-  
ginis. l. domicilii. l. ratione contractus. l. delicti item-  
que rei sitæ, subesse potest, nisi exemptionem a Principe  
queat probare. *Rhetius Diff. de statu Germ. circa subd.*  
*cap. 4. th. 8.* In quemcunque vero mihi non compe-  
tit Jurisdictio, illum multo minus coram proprio ju-  
dicio convenire possum. Hinc Conductor Feudi no-  
bilis, cum locatoris Jurisdictioni non sit subjectus, nec  
coram illius judicio in causa propria potest conveni-  
ri, domicilii tamen constitutio ex sola conductione  
haud præsumitur, censuit ita *Senatus Jud. æst. 1713.*  
*Ob ein Pächter eines Schrifft-säßigen Gutes seine*  
*Pacht-Zeit über, vor schrifft-säßig zu achten? Aff. Weit er*  
*citra*



citra expressam conventionem des Verpächters Ge-  
 richtsbarkeit nicht unterworfen, sondern als æqualis mit  
 ihm contrahiret. In Delictis ist es ein anders. De Fo-  
 ro Contractus dubium remanet. Benisch contr. Hart-  
 haufen. Cum vero in loco Contractus, adversus præ-  
 sentem agere permittitur, nihil obstat, quo minus Con-  
 ductor in loco hoc celebratæ conventionis. l. promissæ  
 solutionis, respondere cogetur. Carpz. 2, 38. 2.  
 Nam hoc forum est speciale, nec deterioris conditio-  
 nis Dominus Jurisdictionis erit, quam extraneus, qui  
 gaudet certa ex contractu in hoc loco agendi licentia  
 cumque malæ suspiciones a judicio hoc rite consti-  
 tuto absint & conductor, singulari pacto, se haud exe-  
 merit a Jurisdictione locatoris, omnino forum in lo-  
 co contractus sortiri videtur, si judicium secundum  
 formam præscriptam est constitutum, noviss. Posner,  
 Decis. 19. n. 21. seq. sicque Facult. Lips. 1704. Mens.  
 Nov. resp. idemque sæpius alias observatum meminit.  
 D. Mencke Disp. IV. ad Pr. §. 9. Diss. Mev. p. 4. d. 246.  
 n. 4. Brun. ad ff. tit. de Jurisd. l. 10. n. 5. Quo vero Con-  
 ductor indefinite eo loco conveniri possit, prære-  
 quiritur receptio Conductoris inter subditos, quæ fit  
 per homagium. Et si Jurisdictio cum feudo locatur,  
 cautela est, ut locator personam conductoris excepiat.  
 Berg. Oec. p. 690. Neque hoc singulare jus realis  
 Jurisdictionis ad uxorem & liberos Domini extendi-  
 tur, quando uxor sortitur forum mariti & socia potius,  
 quam subjecta sit, liberi vero literis investituræ, vi  
 clausulæ, vor sich und seine ehelich gebohrne Leibes-  
 Erben continentur & vivente patre, ipsimet Jurisdic-  
 tionem habere intelliguntur, non actu quidem, sed  
 habitu. Berg. Oecon. p. 923. Berl. 1. Concl. 8. num. 19.  
 Ziegl. ad Calv. p. 162. & Modest. Pist. ait: cum Præfectus  
 Zwicccav. requireret Joh. a Weisbach, ut filium suum

C 3

Her-



Hermannum in subsidium citaret, quo coram judicio praefecturae appareret, se filio except. dilatoriam confecisse, quod Pater non habeat jus eum citandi, sed Jurisdictioni Principis ita bene subjectus sit ac ipsius Pater, ut ita per Principem cum oporteat citari: *Das also der Sohn sowohl Schriftsäßig, als der Vater, zu achten.* p. 4. qv. 69. per tot. Neque aliter se res habet in Criminalibus, licet objiciant: quod per delicta privilegium dignitatis amittatur. l. i. C. ubi Senator. praeterquam enim, quod ob arctam necessitudinem, judex in tali causa non satis justitiae facturus videatur, illud dignitatis privilegium, neque per omnia delicta, neque saltem ante cognitionem causae, latamque sententiam aufertur. Schilt. Ex. 6. th. 6. L. B. de Lyncker. Dissert. de Jurisd. Aphor. 18. Diss. Schultes ad Mod. Piff. Carpz. 4. 43. it. & Berg. Oec. p. 923. ubi ex Actis Witteberg. transmissis 1704. Mens. Oct. exemplum adducit in patre qui homicidium filii H. S. von S. culposum, proprio judicio denunciavit, ibidemque inquisitionem peragendum curavit. Multis dubiis exposita etiam videtur assertio Schilteri nobis consentientis, quod Marito a Suprema potestate, concedi possit, ut uxorem adulteram clam necari faciat forte cicuta. Qui simultaneam Jurisdictionem in solidum habet, nullo modo alteri subesse poterit, neque famulos coram proprio judicio Dominus poterit convenire, cum illius Jurisdictionem non subeant, nisi sit ex contractu l. delicto. Berg. l. c. Quoad uxores & liberos Magistratus oppidani aliud dicendum, quum Senatus Collegio ipsae Consul & Senatores sigillatim considerati sint subjecti. Quid obtineat in Academicarum Professoribus & quid speciale praeter reliquis habeat Lipsiensis vid. Carpz. l. 2. Def. Eccl. 30.

§. XII. In



## §. XII.

Investitis cum Jurisdictione, hoc jus competit f. singulos. f. universos convenient Gribn. Proc pag. 8. modo judicium recte constituatur. Wann nur die Gerichts-Bank recht besetzt wird. Potest Dominus loco Scabinorum ordinariorum, quos propter utilitatem & commodum ex lite ad illos redundans, merito suspectos habet ex lite ad illos assumere, illosque ad hanc litem juramento obstringere. Quod si vero universitas l. Collegium prædium sub Jurisdictione Nobilis situm possideat, an & illud coram proprio judicio Domino potest convenire & quomodo? præmittenda videtur præjudicialis quæstio: Ob ein Lehns- und Gerichts-Herr eine Universitatem oder Collegium, wann sie ein unter seinen Gerichten gelegenes und ihm zu Lehn-gehendes Grundstück kauffen wollen, solche als Lehn-Leute und Gerichts-Unterthanen anzunehmen und den Kauff zu confirmiren, sich verweigern könne, de qua ita censuit Senatus Consil. Aët. 1717.

Wiewohl einem Lehn- und Gerichts-Herrn allerdings viel daran gelegen, daß er mit einer einzelnen Person, nur nicht mit einem Corpore, darzu viele gehören, in denen Servitiis und andern Præstationibus zu thun habe, er auch ratione derer Lehns-Fälle und derer Zwang-Dienste, Abgang leidet. Diemeil aber dergleichen personæ mysticæ nicht extra commercium rerum immobilium zu sehen, und wann sie per donationem l. ultimam voluntatem darzu gelangen können, keine Ursache abzusehen, warum sie nicht per emtionem venditionem oder permutacionem, solche adquiriren sollten, indem derer Lehns-Fälle, jährlicher Zinsen, Frohnen und anderer Præstationem halber, ein Lehns-Träger bestellet werden kan, und wo auch ein weniger commodum, ex qualitate personæ, zu hoffen,

um

An tantum  
singulos an et-  
iam universos  
convenire pos-  
sit.



um des Willen ein subditus nicht so schlechterdings zu recapiren ist, als welches per accidens geschieht &c. So ist man der Meinung gewesen, daß ein Lehn und Gerichts-Herr, dergleichen Kauff zu confirmiren, und ein Corpus universitatis oder Collegium, zum Lehn oder Gerichts-Unterthan anzunehmen, so schlechterdings sich nicht entbrechen könne, in causa George Günthers und Conf. contr. Christian Stempeln, cum ergo possessio prædii Collegium Jurisdictioni Domini subjiciat, non denegandum est Domino jus quod Jurisdictioni sine exceptione est annexum. Nam ordinatio Processus non de subditis solum proprie & ratione domicilii talibus, sed & iis, qui bona immobilia possident, est capiendum, quam hi quoque subjectionem realem agnoscant. Berg. Ref. Laut. pag. 155. & homagium etiam ab extraneis nomine bonorum immobilium præstatur, quod reale vocatur. Ex quo consequitur, a Domino Jurisdictionali extraneum i. e. eum qui alibi habet domicilium nomine rei sub illius Jurisdictione sitæ coram proprio judicio tanquam foro rei sitæ antegressa tamen citatione subsidiali seu mediata convenire posse. Berg. ad Pr. Suppl. II. p. 44. ubi ex adjecto præjudicio sequentia huc pertinentia adjicere lubet: Gestaltt dann, das, in ist angezogener Proceß-Ordnung befindliche Wort **Unterthanen** ingemein, und demnach nicht allein von denenjenigen, so daselbst wahrhaftig, sondern auch von denen welche sonst, des Orthes, wegen gewisser Grund-Stücke, dingspflichtig, zu verstehen/ in mehrer Betrachtung, daß die postels dergleichen Gütther eine Subjectionem realem veranlasse, da besonders das Forum rei sitæ zu facilitirung der Execution, dem Foro domicilii vorzuziehen, also auch hier Klägern, die ihm disfalls im Rechte verstatsete Election, billig verbleibet,

s. XIII. Pos.



## §. XIII.

Possunt Subditos convenire coram proprio judicio in omnibus causis s. Contentiosæ s. Voluntariæ sint Jurisdictionis, imo posteriores, sine Actuarii præsentia a Domino Jurisdictionali inter illum & Subditos exerceri possunt, si nimirum causæ cognitionem non requirant. arg. Dec. noviss. 39. Quamvis enim Zieglerus ad Calv. Aur. Pr. § Nob. n. 49. generalem suppeditet regulam: quod in actibus Voluntariæ Jurisdictionis aliquis indistincte in propria causa possit esse judex: ista tamen ita a Doctoribus temperatur, ut judex quidem sine Actuario & Scab. suam Autoritatem interponere possit, in causis quæ ad Jurisdictionem voluntariam referuntur, si nudam tantum Magistratus confirmationem sine ulla causæ cognitione desiderant, in actibus autem causæ cognitionem decretumve prærequentibus id negent. Ill. Berg. dist. de potest. pers. publ. in seipsam th. 17. ubi thes. seqq. exponit, quinam actus Vol. Jurisdictionis cognitionem causæ requirunt & qui sine illa subsistere possunt. Neque valet hoc argumentum: Actus contentiosæ Jurisdictionis coram proprio judicio recte tractantur, ergo idem multo magis in actibus Voluntariæ obtinebit. Ordinatio videlicet Processus, quæ moribus nixa hac in re a jure communi dissentit, ultra literam non est extendenda & quamvis Dominis rusticos coram proprio judicio convenire permiserit, inde tamen non est concludendum, quod etiam cognitio illarum rerum, quæ ad judicem Dominis competentem pertinent, licet inter volentes ibidem possit institui. Gener. Dn. ab Oppel. Diss. cit. §. 20. Interim Hypothecæ confirmationem, licet Dominus sit debitor permittit

In quibus causis possunt convenire Subditos in proprio judicio.

D

Dec.



Dec. nov. 38. in bonis Allodialibus, si præter Actuarium personæ judiciales adhibeantur, conf. D. Beyer. pos. ff. de Jurisdic. II. sub. lib. C.

## §. XIV.

Utrum tantum  
possit an vero  
etiam teneatur  
Dominus suos  
subditos in hoc  
foro convenire.

Subditi tamen Vi hujus §. non habent beneficium primæ instantiæ, si Dominus, adversus eos, in judicio Superiori, ut: Curia Provinciali statim experiatur. Non enim necessario coram proprio judicio illos debet convenire, sed beneficio suo omnino potest renunciare, arg. l. 29. de pact. siquidem forum hoc tam moribus quam ord. Pr. Sax. indultum potius quam imperatum est, non ergo quod in favorem alieni est introductum, in ejus odium debet detorqueri. Manif. D. Gribn. Proc. §. 8. Quodsi tamen lis jam cœpta fuerit in judicio Domini, exceptio litis pendentiæ subditis jam quæsitæ, iisdem invitis nequit extorqueri. arg. l. 62. ff. de pact. ceu hoc præjud. Supr. Cur. Prov. Lips. Termin. Luc. an. 1698. comprobatur. Dominus Mencke Diff. IV. ad Pr. §. 9.

## §. XV.

Non aliter hæc  
fieri potest,  
quam si Actua-  
rius in præsen-  
tia Subditorum  
sive sit consti-  
tutus.

Omnia hætenus in præcedentibus §§. asserta, pro fundamento habent formam in Ord. Proc. præscriptam, quæ præcipuè in eo consistit, quo in ejusmodi quæstionibus subditorum coram propriis officialibus s. judiciis expediendis Notarius s. Actuarius adhiberi debeat, qui in præsentia illorum ad istud iudicium in specie juravit, ut omnis suspicio removeatur atque iudicii integritas ubique incorrupta conserveatur. Ordin. Proc. Tit. 2. §. fin. Ob wir auch wohl re.

§. XVI, Ju.



## §. XVI.

Juramento in præsentia Subditorum non rite præstito, nullitatis exceptio potest obijci Carpz. Proc. tit. 3. art. 4. n. 110. Ziegl. ad ord. Pr. verb. Im Beyseyn & quidem licet Subditis de nullitate ejusmodi etiam in ipsa Executione excipere. Phil. ad Dec. nov. 38. obs. 1. n. 29. & ad Dec. 39. obs. 1. n. 55. Et jusjurandum Actuarii, subditis remotis, præstitum, nullius loco habetur, Berg. Oec. pag. 141. Martini h. n. 48. Judicem, qui Actuarii jusjurandum neglexit atque ad eo causam occasionamque nullitati præbuit, puniendum esse & parti læsæ ad inter esse teneri, aff. Berg. ad Pr. p. 39. Contra in inquisitionibus non opus est, ut jusjurandum Actuarii in præsentia Subditorum præstet. Berg. l. c.

An hac forma neglecta, Processus nullitate laboret.

## §. XVII.

Quum itaque præsentia Subditorum formam actus subintret, eique det esse rei, nec ei per pacta privatorum derogari potest, & in Ordin. Pr. verba bey Antretung der Bestallung inveniantur, vix est ut, superveniente Actuarii jurejurando is defectus suppleatur & acta ejusmodi sustinentur. Magnif. D. Gribn. Proc. p. 8. Berg. Oec. pag. 345. Ex utilitate tamen publica retro ejusmodi acta, superveniente Actuarii jurejurando in præsentia Subditorum vulgo sustineri, notat Berg. ad Pr. h. obs. V. n. 2: quamvis nec hujus rei usum perpetuum esse, probet Responsum in contrariam sententiam a Facult. Witt. 1678. Mens. Sept. latam, quod Berg. Suppl. II. recenset, p. 47. Illam ta-

An is defectus ex postfacto possit suppleri ob verba: bey Antretung der Bestallung.

D 2

men



men æquitati magis esse convenientem, concludit Martini ad Proc. h. n. 60. ne summo cum detrimento causam litigantium maximam in partem aliquando finitam, denuo reassumi ac retractari necesse sit. Eodem collimat decisio Senatus Consil. æstiv. 1714. Ob ein Bereydeter Actuarius, Actus bey welchen dessen Gegenwart nicht nur ad probationem, sondern ad Solennitatem erfordert wird, hernach erstlich durch seinen Eyd corroboriren könne? Man hatt vormahls, in Sachen Mylii zu Plauen, contra Mylium, pro validitate gesprochen, worbey es auch anjeko verblieben; wiewohl einige Doctores das Contrarium statuiren.

## §. XVIII.

An sufficiat  
hanc solennita-  
tem ad hanc li-  
tem restringi.

Male hæc solennitas a nonnullis solummodo ad eum casum restringitur, cum nobilis contra subditum coram proprio judicio experitur? cum eadem requiratur, quando subditi inter se, vel cum aliis contendunt. Illustr. Berg. ad Pr. h. obs. 5. n. 1. Extranei vero litigantes, contra Actuarium, quod in præsentia Subditorum legitime non sit constitutus, excipere non possunt, ut mihi videre licuit ex Actis ab Amico & Fautore nostro Domino Doctore Carl. H. Dornblüth, Pract. Dresd. celeb. humanissime mihi communicatis, qui patrocinium præstabat Viduæ Schneiderianæ in Summo Prov. judicio, in-cujus favorem maritus Consul. Weissenf. testamentum condiderat, illudque denique Gerichten zu Langendorf obtulerat, quod a filiis prioris conjungii, inter alia & ex hoc capite impugnabatur: quod Actuarius in præsentia omnium Subditorum non fuerit constitutus, Senatus ita censuit. Ob extranei



tranei Litigantes, wider einen Gerichts- Verwalter, daß dessen Vereydung nicht im Beseyn derer Unterthanen geschehen, excipiren können? Neg. Weil solches nur in Ansehung derer Unterthanen, als welche, der Gerichts- Herr vor seinen eigenen Gerichten belangten, erfordert wird. Schneider contr. Schneiderin. Consil. æst. 1714.

## §. XIX.

Pars Subditotum non sufficit multo minus presentia illius, quem Dominus convenire vult, quando quidem hæc, ut Forma est præscripta & ordin. Proc. admodum circumspicte caver, ut Actuarius *Præsentibus Subditis* im Beseyn derer Unterthanen juret, imo Berg. tanquam cautionem Domino Jurisdictionali præcipit, ut, cum Actuarium judicii constituendum curat, ad hunc actum in Sublidium citet extraneos, qui bona immobilia sub ejus Jurisdictione sita possident. Suppl. II. p. 47. Quin idem ad Præfecturarum & Civitatum judicia producendum ut in iis quoque Actuarii, in presentia Subditorum, jurare debeant, ut monet Berg. ad Pr. h. obs. V. Quod si Actuarius ordinarius litiget cum subditis l. morbo, itinere, aliave de causa, acta conscribere (vulgo registrare) impediatur, tunc sufficit, si alius interim Actuarius in presentia saltim partis adversæ ad hunc Actum juret. Berg. l. c. n. 5. In Civitatibus presentia subditorum presentativa sufficit, scilicet per Tribunos plebis durch die Viertels-Weister. Presentia enim Senatus integri derer gesamten Raths-Mit-teln non sufficit. Berg. l. c. n. 1. Nescio itaque an praxi confirmetur Doctrina Martini ad Pr. h. n. 63. asserentis, quod in plerisque Civitatibus præsertim in nostra

An sit necesse, omnes subditos esse presentes, an vero ejus partis presentia sufficiat, quem Dominus convenit & quid obtineat in Civitatibus?



Saxonia sufficiat, si vel in Confessu Senatus vel coram  
 iudice & Scabinis, hoc iuramentum fuerit præstitum,  
 & textum nostrum ad iudicia Nobilium in Pagis re-  
 stringit, ideam statuisse videtur Bornius disp. 1. ad univ.  
 jus iudic. th. 14. lit. B. ita differens: Illud etiamnum  
 necessarium est, ut Actuarii, si a Nobilibus in iudiciis  
 paganis, constituentur. Iuramentum suum præsen-  
 tibus subditis & rusticis præsent. Sed mens ordin. Proc.  
 huic restrictioni sine dubio est contraria.

## §. XX.

An Dominus in  
 hoc Foro gratis  
 litiget,

Jus civile ignorat quas hodie litigantes præstant  
 sportulas, initiaque illarum sine dubio juri Canonico,  
 cujus Autoribus omnia erant venalia, debentur, jure  
 Sax. tamen approbantur, neque immerito, cum implo-  
 rantibus eo libentius auxilium præstetur, temere li-  
 tigantes vero per impensas coerceantur, ærariumque  
 publicum sublevertur. Ordin. Pr. Tit. 36. §. 1. *So  
 wollen wir, daß, so oft befunden wird, daß ein oder das  
 andere Theil, seines Vornehmens nicht erhebliche Ursache  
 hat, man dasselbe, auff des Gegentheils bitte, in die Expen-  
 sen vertheile, und die nicht leichtlich compensire. Ex  
 quibus apparet: Dominum Jurisdictionalem, ab illis  
 præstandis non excipi; cum hic tanquam pars con-  
 sideretur, expensæque Actuariis a Judicibus præsertim  
 Patrim. pro salarii parte, ut plurimum soleant concedi,  
 ut ita Expensæ, tam parti, si Dominus vincatur, quam  
 sportulæ Actuariis debeant præstari, nisi illis cum po-  
 sterioribus certa intercedant pacta, cum ab arbitrio  
 Dominorum Jurisdictionalium pendeat, quas sibi vel-  
 lent ab initio reservare & excipere. Interim præsum-  
 tio,*



tio, quæ pro Magistratu est. id efficit, ut melior in dubio ejus causa cum cive vel subdito, censeatur super his, quæ ad officium ejus pertinent, ideoque non facile in expensas condemnandus, multo minus hoc fieri potest quoties Magistratus pro defendenda officii aut decreti autoritate, aut servando honore suo, contendat. *Mev. P. VI. d. 345. ubi vid. præj.* Si universitas vel totum collegium, super juribus quæ totum collegium concernunt, litigat & actoris vel rei partes sustinet, expensæ litis ex Fisco sunt solvendæ, quod secus, si membra inter se litigant, ubi expensas de suo, merito solvunt. *Wernh. obs. 51. P. 1.*

## §. XXI.

Regulariter is citatur, contra quem Processus instituitur. In nostro vero judicio Dominus Jurisdictionalis nunquam Rei, sed semper Actoris partes sustinet. Igitur solenni citatione non est opus, sed sufficit admonitio judicialis, de termino præfinito, nomine *derer Gerichte* Domino insinuanda *ein Tage-Zettel, Gedenc-Zettel.* *Str. intr. ad Pr. cap. VI. n. 19.* Nihilominus non modo in causa reconventionis, sed & in ipsa conventionione, quoties Actor, Rei vices sustinet & citatio, ad instantiam Rei, decernitur, solenni citatione actor in Jus vocandus est. Hoc igitur casu, citatio, quæ ad Dominum Jurisdictionis dirigitur, fit nomine *derer Gerichten* in eaque observanda sunt ea omnia, quæ in aliis citationibus usu servantur. Verbis tamen paulisper ad factum accommodatis utendum est, ut salva justitia, honor suus Domino habeatur, quod & in notificatione *dem Gedenc-Zettel* non est negligendum.

Quid obtineat  
circa citatio-  
nem Domino  
insinuandam.

## §. XXII. Cir-



## §. XXII.

An ipse Actua-  
rius potest sen-  
tentiam ferre,  
an vel teneatur  
Acta transmitt-  
tere & quidem  
sub pœna nul-  
litatis?

Circa questionem: Utrum, ipse Actuarius, ferre possit sententiam? an vel teneatur Acta transmittere? Unanimis fere Doctorum est conclusio, quod consultius sit, si Acta transmittantur. Phil. ad Proc. Tit. 2. Confid. 8. Ziegl. Dicast. Concl. 12. §. 31. Riv. En. 9. h. Quo Subditi eo minus, de fraude vel favore pro Domino, conqueri necesse habeant, præsertim, si controversia agatur de causis majoris momenti. Non igitur sententia, ab ipso Actuario lata, nullitatis ex hoc capite & argui, quo ferme inclinatur Martini ad Proc. h. n. 11. 12. Verba ordin. Proc. *Sich derer Gerichte gebrüchlich gebrauchen, und vor denenselben ihre Untertanen rechtlich belangen mögen, cum effectu sunt capienda, non solum cognitionis sed etiam dijudicatione.* Judex v. gr. Nobilis, debet abstinere pronuntiatione, non Actuarius, cui a iudice exercitium Jurisdictionis vel generatim vel in specie quoad illam causam fuit demandatum, Actuarius enim, ut talis, non cognoscit nec discernit. Scabinis obstare videtur quidem suspicio propter juramentum, quod Domino præstiterunt, ut Subjecti; sed illa alio jurejurando, quoad officium recte administrandum sunt obstricti submoveatur, semperque Appellationis remedium parti læsæ relinquatur. Berg. ad Pr. Suppl. II. p. 38. Ubi notat Zangerum ab hac sententia reapse non dissentire, licet usus sit verbo, *coguntur.* de Exc. Part. II. cap. I. n. 408. conf. Berg. Ref. Laut. p. 121. & Oecon. p. 914. n. 7. in Ducatu Magd. directis verbis Directoribus ejusmodi Judiciorum injungitur, ut in causis arduis, Acta ad Colle-



Collegium Prudentum transmittunt in ordin. Proc.  
Magd. cap. 7. §. 7.

## §. XXIII.

Publicatio sententiæ eodem modo, quo cita- Cujus nomine  
tio. Im Nahmen derer Gerichten fieri solet. Quod si publicatio &  
vero Subditus ejusmodi Pronunciato non vult ac- quomodo fiat.  
quiescere & causam per Appellationem ad Superio-  
rem deferre mavult, Actuarius s. der Gerichtshalter,  
qui sententiam concepit & publicavit, non prohibe-  
tur suam sententiam tanquam Advocatus in Judicio  
Superiori defendere, sicuti hoc etiam probat Horn.  
Class. 9. Resp. V. his verbis: Hiernächst, bewährter Rechts-  
Lehrer Meinung nach, einem gewesenen Richter, sein Ver-  
fahren oder ertheilte Bescheide und eröffnete Urtheil, wann  
die Sache in eine andere Gerichts-Instanz gediehen, als  
Advocatus, zu vertheidigen unbenommen.

## §. XXIV.

Vice versa Subditi, coram proprio judicio, Do- Dominus a  
minum Jurisdictionalem convenire non possunt, sed subditis in suo  
sicubi adversus Dominum vellent experiri, ad forum judicio non  
illius competens sive Schriftfässium, sive Amtfässium potest conve-  
niri.  
sunt remittendi, ne id, quod in favorem Domini Juris-  
dictionalis est constitutum, in ejusdem dispendium  
detorqueatur. Berg. ad Pr. Suppl. II. pag. 44. Ex quo  
simul apparet, Dominum Jurisdictionalem, si in Foro  
competente conveniatur, non opponere posse bene-  
ficium primæ instantiæ, intuitu proprii sui judicii.  
Consules vero & Senatores in Civitatibus municipa-  
E libus,



libus, si a Civitatibus sibi subjectis in Curijs Provinc. Sax. aut Supremo Appell. judicio conveniantur, beneficium primæ instantiæ cum effectu urgere possunt, nisi contra aliquos in specie prima instantia probetur in Superiori judicio fundata. Nam Consul est Subditus Senatus, ac proinde primam coram eo habet instantiam, ac extra casum provocationis ad Judicium Electorale haud debet trahi, quoniam Jurisdictio Senatus privative concessa, & alias Reo Appellationis beneficium præcideretur. Neque Consul sic fit iudex, ut videri possit, in propria causa, cum Consules in Civitatibus plures sibi habeant adjunctos Senatores & Assessores, & ipsimet si conveniantur, loco cedere, ac cognitionem Collegiis relinquere teneantur, dum Processus in Civitatibus non coram Consule ejusque nomine, sed coram toto Senatu agitantur. Carpz. l. 2. Resp. XI. n. 28. seqq.

## §. XXV.

An reconven-  
tio contra Do-  
minum habeat  
locum.

Reconventioni vero Dominus Jurisdictionalis se subtrahere non potest, modo, si in Saxonia litigetur, ad sint causæ connexæ, quorum una ex altera descendit, vel quæ ex eodem oriuntur negotio. Zang. de Exc. p. 2. c. 1. n. 307. cum huic ne privilegium quidem ob stare queat, ob generalitatem l. 22. de judic. & l. Cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. conf. Molignat. de Reconvent. quæst. 9. ita, si Dominus Jurisdictionalis, contra Subditum Possessorio obtinuerit, tunc ibidem in Petitorio respondere tenetur, quoniam contra se pati debet iudicem, quem pro se agendo probavit. Hert. Opusc. Tom. 3. pag. 451. & ut ita Reis,



Reis aliquo modo consulatur, ne Dominum Jurisdictionalem majoribus Sumtibus coram judicio Superiori convenire necesse habeant, argum. eorum quæ tradit Ziegl. ad Ord. Proc. h. tit. p. 44. Et quod causæ in eodem judicio, inter easdemque personas, commodius & facilius terminari possint. Beyer. pos. 31. ff. lib. II. Tit. II. Quodsi Dominus Jurisdictionalis litem coram suo judicio semel ceperit, nec Subditis exceptio litis-pendentis sic quæsitâ iisdem invitis extorqueri nequit, ceu pronunc. Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Luc. Anno 1698. in causa Fr. A. C. von S. contra die G. zu St. teste D. Mencken. Disp. IV. ad Proc. S. 9.

§. XXVI.

Extra omnem est dubitationem, quod Subditi ab hac instantia pacto, vel præscriptione, vel privilegio se liberare possint: cum res sit pactis & præscriptioni obnoxia. Tale vero privilegium: Daß ein Unterthan in einem ganzen Lande, von allen Personal Klagen sollte befreyet seyn, non potest consistere: Weil dadurch besorglich die Justiz gehemmet, und bey Auswärtigen der Credit geschwächet werden möchte; ceu ita pronunc. in Supr. Prov. Judic. 17 17. Consil. Aët. Danckelman contr. Eckhard.

An Subditi pacto, præscriptione vel privilegio eximi possit ab ista instantia.

§. XXVII.

In his, quæ diximus Jus, quo utimur, secuti sumus. Leges conditas, non quas alii sibi ubique fingunt condendas. Quid constitutum sit, exposuimus, non

De Abusu juris & incommodis, quæ ex eo oriuntur,



quid constitui possit conveniat. Hæ enim, quæ ad Jurisprudentiam Legislatoriã pertinent quæstiones, non sunt fori nostri, non nostræ Cathedræ, quas aliis lubenter relinquimus excutiendas. Ut taceam hanc, de qua agimus, rem ita comparatam esse, ut si abrogationem Juris constituti suadere velis si ejus æquitatem & utilitatem tueri non difficile videatur probabilia in utramque partem argumenta invenire. Nam, qui novæ Legis rogationem commendare cupiunt, allegabit incommoda, quæ ex hoc juris articulo nascuntur & gravissimos, quos peperit abusus. Perhorrescere plerumque subditos Domini Judicium & durum videri, actorem judicium dare. Quis licet per alios jus reddat, eos tamen quorum ministerio utitur sibi obnoxios habeat. Nam cum integrum sit Domino, Actuarios mutare & sine causa etiam dimittere, hos omni cura id agere, ut bene de Domino videantur mereri. Itaque non facile actuarium contra Dominum laturum sententiam aut frivole etiam litigantem in expensas damnaturum esse. Hæc & alia plura in hanc partem afferri possunt, sed nec desunt, quæ in alteram urgeri queunt.

## §. XXVIII.

Quid si enim quis antiquum jus servari velit? Is vero injustum & iniquum dicit eripi Dominis præcipuam partem suæ in subditos potestatis, non ex privilegio eam Principis ortam esse, sed olim usu invaluisse & reliquias esse Juris præci, quod in Rusticos Domini multo amplius etiam & liberius habuisse, jam tum plerosque subditos obsequii debiti immemores esse,



esse, quod omne prorsus plerique denegaturi essent, si a Domino in suo Judicio nequeant conveniri; Propter abusum, non tollendum usum, sed illi hoc salvo remedia esse præstanda. Viros bonos & honestos nihil ab Actuariis exigere, nisi quod æquum & justum sit, neque credibile Actuarium plus Domino suo atque religioni jurisjurandi, quo obstrictus est, daturum fore. Quæ dum confero & comparo inter se equidem, quam præferre opinionem debeam ipse sum dubius, nisi quod nescio, quam ob rem animus meus a crebris Jurium mutationibus paulo alienior persuadeat fere satius esse jus, quod usu obtinet, retinere aut emendare, etiamsi opus sit, quam mutare. Sed de hoc alii judicent, nos enim jam monuimus, non esse eam controversiam nostri instituti.

T A N T U M !

COROLLARIA.

*Operæ Nobilibus etiam nullum titulum allegantibus præstande sunt.*

*Ipsi Nobiles Rusticos refractarios carcere, multa pecuniaria, aliisque remediis, ad servitia præstanda possunt compellere.*

*Quamvis operæ subditorum in dubio indeterminate præsumantur, tamen servitia nova & insolita non possunt exigi.*

*Spontanea Jurisdictionis prorogatio, in præjudicium Domini*



X 301 6127

mini Jurisdictionalis patrimonialis, hodie non habet locum.

In dubio quis Schriftfaffius non Amiffaffius praefumitur. Confoetudo qua lex. 5. de judic. ad Jurisdictionem patrimonialem profertur non est irrationabilis, quicquid diffentiat Ziegl. Dic. Concl. 12. §. 32. & Berg. diff. de potest. perf. publ. in feipfam.

Non tamen ipfe Judex, fed Superior debet cognoscere, fi pars nullam plane Jurisdictionem vel in fe, vel in alios, Judici competere exceperit.

Sub concessione Jurisdictionis simpliciter pofta, etiam Superior comprehenditur.

Sub Ducatu Regalia non vero sub Regalibus Jus Superioritatis tacite comprehenditur.

Male Interpretatio in Authentica, Doctrinalem & usua-lem dividitur, cum saltem detur doctrinalis.

Ke 1931 52



1078

mc







B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

O. D. B. V.



Ve  
1931

TIO JURIDICA INAUGURAL  
DE  
J U R E  
NIENDI SUBDITOS  
PROPRIO JUDICIO

*Vulgo*  
Herr seine Unterthanen vor sei-  
en Gerichten könne belangen  
wir auch wohl *Tit. II. Ordin. Proc. Sax.*

QVAM  
MAGNIFICENTISSIMO  
ENISSIMO PRINCIPE REGIO  
DERICO AUGUSTO  
ET RELIQUA  
R Æ S I D E

TFR. LVD. MENCKENIO  
DRUMQUE JURIDICORUM, QUÆ  
BERGÆ FLORENT, ASSESSORIS  
GRAVISSIMI,

L I C E N T I A  
ITROQUE JURE HONORES ET  
DOCTORALIA RITE ET LEGITIME  
CONSEQUENDI  
AUGUSTI A. O. R. MDCCXVII.  
DO ERUDITORUM EXAMINI  
TE ET POMER: SUBMITTIT  
PHORUS THOELLDEN.  
SANGERHUS, THUR,

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA